Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

omnis domus isrl quia & dominum
eum et cristum fecit deus hunc the
sum quem uos crucifixistis. His au
ditis compuncti sunt corde & dixerunt
ad petrum & ad reliquos aplos. Quid
faciemus uri fratres. Petrus uero
ait ad illos. Penitentiam mgo agite
et baptizetur unusquisq; uestrum in
nomine thesu cristi in remissionem p
catorum uorum & accipietis donum
spiritus sancti. Vobis enim est hec re
promissio et filiis uestris & omnibus
qui longe sunt quoscumq; aduocaue
rit dominus deus noster. alis & uer
bis pluribus testificatus est & exhor
tabatur eos dicens. Saluamini a se
nerazione ista prauo. Qui ergo rece
perunt sermonem eius baptizati
sunt et appositi sunt in illa die anime
circiter tria milia. Erant autem omnis
perseuerantes in doctrina aplorum &
communicatione fractionis panis & ora
tionibus. Fiebat autem omni anime timor
multa quoq; prodigia et signa per
aplos fiebant in iherusalem et metus erat
magnus in omnibus. Omnes autem qui
credebant erant pariter & habebant
omnia communia possessiones & sub
stancias uendebant et precia pone
bant ante pedes aplorum cotidie
et diuidebant illa omnibus prout
cuiq; opus erat. Cotidie quoq; perdu
rantes in templo et frangentes circa
domos panem sumebant cibum in
exultatione et simplicitate cordis col
laudantes deum et habentes gratiam
ad omnem plebem. Dominus autem
augebat qui salui fierent in id ipsum.

III

Petrus autem
et iohannes ascendebant i
templum ad horam orationis
nonam. Et quidam uir qui erat clau
dus ex utero matris sue baiulabatur
quem ponebant cotidie ad portam
templi que dicitur speciosa ut peteret
elemosinam ab introeuntibus in tem
plum. Is cum uidisset petrum & ioh
annem incipientes introire rogabat ut elemosinam accipet ab
eis. Intuens autem in eum petrus cum
iohanne dixit. Respice in nos. At ille
intendebat in eos sperans se aliquid
accepturum ab eis. Petrus autem dixit
ad eum. Argentum et aurum non est
mihi. quod autem habeo hoc tibi do. In no
mine thesu cristi nazarem surge & am
bula. Et apprehensa manu eius dex
tera allenauit eum & protinus con
solidate sunt bases eius & plante &
exiliens stetit & ambulabat. & intra
uit cum illis in templum. ambulans
et exiliens et laudans deum. Et vi
dit eum omnis plebs ambulantem et
laudantem deum. Cognoscebat autem
illum quia ipse erat qui ad elemosinam
sedebat ad speciosam portam templi
et impleti sunt stupore & extasi ideo
quod contiserat illi. Cum teneret
autem petrum et iohannem is qui sa
nus fuerat effectus. cucurrit omnis po
pulus ad eos ad porticum qui appel
labatur salomonis stupentes. Vide
autem petrus. respondit ad plebem
istrice quid admiramini in hoc aut